

Johann Fecht

Rector Academiæ Rostochiensis, Joann. Fechtius, D. P.P. Consist. Duc. Consil. Distr. Rost. Superint. Et Fac. Theol. Senior, Ad Exeqvias ... Domini M. Joachimi Manzelii, Illustris Scholæ Parchimensis Con-Rectoris, De Literis Pariter Melioribus Et Juventute Scholastica Præclarissime Meriti, Ad Diem V. Septembris Curandas, Omnium ordinum & Dignitatum Cives officiose humaniterqve invitat : [Perscr. Rostochii sub Rectoratus Sigillo, die V. Septembris, anno MDCCXII.]

Rostochii: Weppelingius, [1712]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76825843X>


Druck Freier  Zugang



Fecht, J.,
in
J. Manzel.

Rostock, 1712.





92.

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS;

JOANN. FECHTIUS, D.

P. P. CONSIST. DUC. CONSIL. DISTR. ROST.
SUPERINT. ET FAC. THEOL. SENIOR,

AD EXEQVIAS,

NOBILISSIMI ET PRÆCELLEN-
TISSIMI VIRI,

DOMINI

**M. JOACHIMI
MANZELII,**

ILLUSTRIS SCHOLÆ PARCHIMENSIS

CON-RECTORIS,

DE LITERIS PARITER MELIORIBUS ET JUVEN-
TUTE SCHOLASTICA PRÆCLARISSIME MERITI,

AD DIEM V. SEPTEMBRIS CURANDAS,

*Omnium ordinum & Dignitatum Civis officio
civis humaniterque invitatur*



R O S T O C H I I,

Typis JOH. WEPPELINGII, SERENISS. PRINC.
& ACAD. TYPOGR.



Ndicendum vobis funus est, Ci-
ves, quod præter omnem
expectationem paucos ante di-
es urbi nostræ illatum, cum
Matrem defuncti præpropera
Filii morte consternatam, tum
universam necessitudinem a-
pud nos clarissimam celeberrimamque, haud parum adflixit,
consternavitque. Qui huic officio nostro tristem
funestamque occasionem præbuit, M. JOACHI-
MUS MANZELIUS est, die IV. Novembris A.
MDCLXXIIX. ex honestissimis hujus urbis majori-
bus ortus. Patre HENRICO MANZELIO, cive
& Mercatore, Matre MARIA DARIES, ob
præproperam unici Filii mortem, quam & Mariti
sex abhinc mensibus præcessit, duplici vulnere eoq;
vere acerbo adflicta & quasi exanimata. Avo Pa-
terno JOACHIMO MANZELIO, Senatore, Avia
Paterna ELISABETHA SCHROEDERIA. Avus
Maternus fuit HENRICUS DARIES, civis
honoratus, Avia Materna SOPHIA KROEGE-
RIA. Privato primum Præceptore usus GEOR-
GIO WESTPHALIO, de Ecclesia hodie Swerinenfi
indefessa sanctaque opera præclarissime merito, cujus
in se collocatam operam, velut studiorum suorum
primitias, tanti æstimavit MANZELIUS, ut anno
MDCCV. conscripto Epistolico de Doctis Westphalis
Schediasmate novi anni primordia præceptori veteri
gratuletur. Translatus dein in Scholam hic Se-
natoriam JOACHIMUM OTTONEM, hodie Re-
ctorem Gustroviensem, virum suo merito celeberrim-
um, & JOANNEM GROSSIUM, Conrectorem
eruditionis in se semina sollicitè jacentes, audivit.
Red-

Redditus anno MDCXCVI Academiae patriae Doctores ipsius tum publicos tum privatos, *Epinum, Hoffmannum, Haltermannum, & Schræderum*, hodie Ecclesiam Wisnariensem opera sua exornantē, in Philosophicis & Homileticis; *Quistorpium, Grünenbergium & Starkium*, in Theologicis, doctores suos cum multo eruditionis suae fœnore coluit. Nec tamen scholas ipsorum tantum adiit & doctrinarum femina ex ipsorum recitationibus hausit, sed brevi quoque in tantum profecit, ut post quadriennium Lipsiensem Academiam adiret, auditisque *Caryzovio, Ittigio, Seeligmanno, & Güntbero*, itemque tum sanioribus adhuc *Oleario* atque *Rechenbergio*, interiore etiam amicitia cum illustri *Pippingio*, primario hodie aulae Electoralis Theologo, cui & Epithalamio carmine gratulatus est, contractā, tantum in bonis quibuslibet studiis augmenti roborisque acquireret, ut & publicum eorundem specimen, ni corporis imbecillitas & redeuntes subinde morborum insultus in patriam eundem redire compulissent, adpositis jam ad publicam disputationem manibus fuisset editurus. Redux vero primum Præsidi *D. Grapio*, nostro disputationem à se conscriptam, Spicilegium Historico-Philologicum, id est, Historiam Literariam Alcorani, in se continentem non sine Academiae adplausu proposuit & defendit. Tum vero *Magistri* nomine & ornamento Aō. MDCCII. die XIX. Octobris auctus me Præsidi Disputationem à se proprio Marte & laudatissimo cum successu conscriptam, *Criticam adversus Arnoldi Criticam* in se continentem, non minoribus solidae eruditionis praesidiis defendit. Cumque extingui in eo quantumlibet per virium imbecillitatem alias quoque visendi Academiae cupido haud posset, anno MDCCV. Academiae Gryphiswaldensi insertus, celebrem tum per totam Germaniam

am Theologum; D. Jo. Fridericum Mayerum, (sub
eius præsidio in *Strauchii* Theologia morali, ceu cata-
logus eidem præfixus testatur, publice disputavit)
eiusque Collegam D. *Dassovium*, variæ eruditionis
divitias in ipsum effundentes, adiit; quin & rei li-
terariæ historiarumque quasi à nativitate amore ca-
ptus, cum doctissimo raræque eruditionis polyhisto-
re, *Palthenio*, præpropere fato melioribus literis ere-
pto, amicitiam contraxit. Ex qua factum est, ut
insequenti tempore iis in studiis se se, qualibet obla-
ta ipsi occasione, non sine singulari cum nominis sui
fama exerceret. Quippe in privatis collegiis & ex-
cerpendi artem & Ecclesiæ historiam, ad *Schraderi*
tabulas ordinatam, & præcepta Homiletica & hu-
maniores literas & alia id genus bonorum studiorum
cupidis exposuit; in meo quoque natali mihi gra-
tulatus, *Gorsiam Academia Rostockiensis, ex Professori-
bus longævus ad illam dimanantem*, anno MDCCVI.
curiosè diligenterque descripsit. Tot igitur tantis-
que eruditionis suæ divitiis auctus, totque editis ejus
documentis, nequaquam vulgaribus, maximorum
minimorumque amori & æstimationi insinuat, fi-
eri non potuit, quin ad officia quoque publica, in
quibus & aliis, quæ didicerat, instillaret, expete-
retur. Trahunt enim in amorem sua indole bonæ
literæ & ut alii ad idem studium eandemque glori-
am excitentur, desiderium ardoremque bonorum
inflammant. Quare anno MDCCVII. DEO ita diri-
gente, ad Conrectoratum Parchimensem vocatus, cum
officium suum inaugurali oratione, eaque typis ex-
pressa, *de quatuor virtutibus Pedagogi cardinalibus*, au-
spicatus esset, id omni studio, omni animi conten-
tione, etiam ipso livore invidente, egit, ut literarum
pariter & pietatis probitatisque studia sciendi cupi-
dis

dis modo omnium optimo æque insinuaret, eaqve in re & discentes ad majores subinde gradus proveheret & Parentibus atqve magistratui fidem suam maximopere probaret. Sed & aliâ quâcunqve ratione bonarum literarum pretium, invidentibus quantâlibet Zoilis, commendare & evehere adlaboravit. *Pippingii*, cum quo frequens ipsi literarum fuit commercium, Augustum officium, postquam gratulationes *Præsagia eruditorum de eruditis*, complectente, anno MDCCIX. coluisset, illud publicis typis exscribi *Pippingius* curavit, cujus dein contenta quoque illata sunt dem mit allerhand Staats-Kriegs-und-Friedens-affairen beschâfftigten Secretarii erster expedition. Cui & annexa est *Pippingii* Responsio. *Petri Goldschmidii*, Superintendentis quondam Parchimensis, honori Actum consecravimus Oratorium publico programme intimatum, cujus thema fuerat: *De singularibus Perrinis; de Eruditis ab auro denominatis; Deq; eruditis aurifabris. Westphalia* quoque sus, primo pueritiæ suæ formatori, paulo quam suprema ei fata imminerent, denuò felix novi anni auspici- tum gratulatus est, scriptis Lemmatibus Georgiorum memo- rabilium. Sed & alia plura sunt, quæ quia diligentiam nostram effugerunt, silentio sunt sepelienda. Ea tamen dissimulare non debemus, quæ si porrecta aliquousqve opti- mi viri vita fuisset, in publicum ab ipso provolassent. Ut- pote *Parodias Horatianas*, quas quia postmodum rescivit, ab alio jam id genus odas in lucem erupisse, mutata sen- tentia suppressit. *Meclenburgum Evangelicum*, antiquita- tes ejus Pastorales complectens, summo studio ex omne genus documentis colligere cœpit, nec ab eò conatu desti- tisset, si protracta ipsi, quæ in ipso flore extincta est, fuisset vita. Sed & *Claros Joachimos*, recensere, *Calendarium erudi- torum, tragica morte defunctorum*, conficere in animo habe- bat; quæ vero omnia una cum vita ipsius evanuerunt. Ita nempe cogitata destinataqve hominum unius Dei volun- tate nituntur, ut vel eo volente in effectum exeant & suc- cessu


cessu fruantur, vel nolente supprimantur & evanescant. Ad
matrimonium optimi MANZELII. nostri progredimur,
quod die XXII. Aprilis Aõ MDCCIIIX. contraxit cum vir-
gine, sanguine cum præcipuis hujus urbis familiis imple-
xa, propriisque virtutibus præ innumeris aliis exsplende-
scente, CATHARINA SOPHIA, *Valentini* quondam
BESELINI, Senatoris Filia, natu minima; quod ut ex
omni parte exoptatum faustumque fuit: ita quoque Divi-
na benedictione non caruit. Nata quippe ex eo est die
XXV. Februarii anno MDCCIX. Filiola MARIA REGI-
NA, & die XX. Augusti MDCCX. Filius, HENRICUS VA-
LENTINUS. Quæ conjugalis federis pignora ut adhuc per
Dei gratiam supersunt, ita Divinæ misericordiæ comendanda
sunt, ut cum Matre, hoc tam flebili mariti excessu in mœrorẽ,
nullo verbo exprimendum, conjecta, propitio posthac u-
tantur fato & in familiæ MANZELIO BESELINIANÆ
immortale decus atque ornamentum feliciter excrescant.
Quibus equidem ingenti solatio est, quod marito & patre
gavisi fuerint, à primâ quasi sua infantia, per omnes vir-
tutum factorumque laudatissimorum gradus ad id laudis
gloriæque fastigium grassante, quales encomiorum etiam
post mortem corollæ paucissimis in hac vita contingunt.
Quare & spes est fore, ut promissionem suam, sese timentium
matrimoniis factam, Deus ita in ejus posteritate exple-
turus sit, ut nunquam iis Divina desit benedictio, ut favo-
re bonorum omnium vel ob parentis merita fruantur, ut
eodem successu ad virtutum pariter & honorum fastigia fe-
rantur. Nec enim justorum semini quicquam deerit unquam.
Ad extrema *Manzeli* nostri dum deveniendum nobis est,
jam suo loco meminimus, debili corporis constitutione
virum longe optimum jam ab ipsis juvenilibus annis fuisse,
quæ morbis eundem subinde reddidit obnoxium. Quemad-
modum vero in ædificio, ruinam minitante, mox hac mox
illa parte, structuræ casus momentaneo lapsu intervenit
& in-


& inhabitantem expellit: ita & cum homine comparatum esse sensus pariter & experientia confirmat. Vacillant subinde membrorum concussione corporis artus & magis magisque vitæ deficiunt sustentacula, viresq; donec ultima subitaque concussione tota ruat compages & vi quadam ex habitaculo suo anima excludatur. *Manzelium* leviores primum morbi infestarunt, mox ex illorum reditu & frequentiori quassatione depastæ corporis vires, donec ultimo quasi impetu ingruente subito extrusa anima mortem debili induxit corpori. Consultus illustris Medicus, JO. ERNESTUS SCHAPERUS, lenimentum quassato frequenti impetu corpori adferre, avertere mortem non potuit. Unicum restabat moribundi desiderium, ut Matri, annis pariter confectæ, propius adesse & celebrati longe lateqve Archiatri opera coram uti posset. Professionis factum est initium, corpusque Parchimo Gustrovium usque delatum vix deponi ex rheda potuit, cum deficere vires omnes, mortisque indicia apparere cœperunt. Igitur, quod & hæcenus fecerat, gemitibus instare & precibus Divinæ misericordiæ supplicare perrexit, ut tandem liberata ex misero corporis ergastulo anima evolaret ad eum, qui eandem dederat, inq; beatas illas translata sedes de morbis omnibus, ipsaqve adeo morte triumpharet. Ita ergo DEO volente & disponente inter adstantium preces, ipse fiducia in Servatorem suum ex toto animo subnixus, ad eum per placidam beatamque mortem rediit, cui in tota vita sua se omniaq; sua in solidum commiserat. Cumque in DEI nunc conspectu & familiari conversatione vivat, non est, cur dubitemus, quin à DEO Matri optimæ, quam videre & completi tam anxie desideraverat, Conjugi item, unico, dum viveret, animæ suæ delicio, quosque illa ipsi procreaverat, svavissimo Filii, Filiæque pari, quicquid usquam felicitatis est & exoraturus sit & impetraturus. Ita ergo MANZELIUS noster, qui, dum viveret, ob incomparabilem
morum

morum & conversationis innocentiam charus omnibus & acceptus fuerat, vivendi fecit finem. Cujus tamen memoria nunquam intermorietur, sive apud nos, quorum olim civis & ob literarum morumque elegantiam ab omnibus adamatius fuerat, imo in pretio habitus, sive apud externos, qui in maxima etiam dignitate constituti dona ipsius Divinasque virtutes aestimaverant, excessumque nunc ipsius serio dolore prosequuntur, sive apud Parchimenses suos, qui fidelem indefessamque ipsius operam in formanda erudendaque ipsorum juventute ex animo suo nunquam deponent, merita potius ipsius aeternis annalibus consecrabunt. Vos vero, ô Cives, ad quos quasi postliminio per mortem reversus est, in memoriam nunc revocate MANZELIUM, quondam totum Vestrum, cumque alia ratione amorem eius vestrum & virtutum aestimationem prodere non possitis, quam si funus ipsius, hodie efferendum, comitemini, agite & officium pietatis humanitatisque vestrae demortuo ita exhibete, ut qui vel sanguine ipsi vel affinitate juncti sunt, (sunt autem illi, ex STEVERORUM, BESELINORUMQUE illustri familia praecipua urbis nostrae capita, deque Academia nostra praclarissime merita) vestrum, promerendi studium & merita aestimatione prosequi & alia quacunque ratione studia vobis sua testari & exhibere queant. Tu vero, MANZELI, dormi in conditorio Tuo suavissime, liber ab omni morbo & malorum concussionibus, donec Te Servator Tuus ex sepulcro Tuo evocet & aeterno beatitudinis bra-
beo coronet.

Perscr. Rostochii sub RECTORATUS Sigillo, die V,
Septembris, anno MDCCXII.







am Theologum; D. Jo. Fridericum M
cujus præsidio in *Strauchii* Theologia m
logus eidem præfixus testatur, publi
ejusqve Collegam D. *Dassovium*, vari
divitias in ipsum effundentes, adiit;
terariæ historiarumqve quasi à nativiti
ptus, cum doctissimo raræqve eruditio
re, *Palthenio*, præpropere fato melioril
pto, amicitiam contraxit. Ex qua fa
insequenti tempore iis in studiis se se,
ta ipsi occasione, non sine singulari cu
fama exerceret. Quippe in privatis c
cerpendi artem & Ecclesiæ historiam
tabulas ordinatam, & præcepta Hom
maniores literas & alia id genus bonoru
cupidis exposuit; in meo quoque na
tulatus, *Gloriam Academia Rostochiensis*
bus longævis ad illam dimanantem, an
curiosè diligenterqve descripsit. Tot
qve eruditionis suæ divitiis auctus, to
documentis, nequaquam vulgaribus,
minimorumqve amoris & æstimationi in
eri non potuit, quin ad officia quoque
qvibus & aliis, quæ didicerat, instill
retur. Trahunt enim in amorem sua
literæ & ut alii ad idem studium eand
am excitentur, desiderium ardoremqve
inflammant. Quare anno MDCCVII.
gente, ad Conrectoratum Parchimensem
officium suum inaugurali oratione, ea
pressa, *de quatuor virtutibus Pedagogi ca*
spicatus esset, id omni studio, omni a
tione, etiam ipso livore invidente, egit,
pariter & pietatis probitatisqve studia

dis modo omnium optimo æque insinuaret, eaque in re & discentes ad majores subinde gradus proveheret & Parentibus atque magistratui fidem suam maximopere probaret. Sed & aliã quacunque ratione bonarum literarum pretium, invidentibus quantumlibet Zoilis, commendare & evehere adlaboravit. *Pippingii*, cum quo frequens ipsi literarum fuit commercium, Augustum officium, postquam gratulationes *Prefagia eruditorum de eruditus*, complectente, anno MDCCLXIX. coluisset, illud publice typis exseribi *Pippingius* curavit, cujus dein contenta ve illata sunt demum *mit allerhand Staats-Rien* - *affaires* beschäftigtigten Secretarii *erster* - *annexa* est *Pippingii* Responsio, *Petri* quondam *Parchimensis*, in publico programme *lingularibus* *Petrinis*; de *aurifabris*. *Westphalis* *ari*, paulo quam *vi* anni auspici *orgiorum* memo- *quæ* quia diligentiam *epelienda*. Ea tamen *porrecta* aliquousque opti- *um* ab ipso provolassent. Ut- *quas* quia postmodum rescivit, *das* in lucem erupisse, mutatã sen- *Meclenburgum Evangelicum*, antiquita- *es* ejus *es* complectens, summo studio ex omne *genus* documentis colligere cœpit, nec ab eò conatu desti- *tisset*, si protracta ipsi, quæ in ipso flore extincta est, fuisset *vica*. Sed & *Claros Joachimos*, recensere, *Calendarium* item *erudi- torum*, *tragica* morte defunctorum, conficere in animo habe- *bat*; quæ vero omnia una cum vita ipsius evanuerunt. Ita *nempe* cogitata destinataque hominum unius Dei volun- *tate* nituitur, ut vel eo volente in effectum exeant & suc- *cessu*

